

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Scala coeli

Johannes <Gobi, Iunior>

[Straßburg], 1483

Prologus

[urn:nbn:de:bsz:31-106862](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-106862)

3

Prologus
Marii S. Apolorum Petri & Pauli Schwarzach.

Incipit prologus in Scala celi

Venerabili ac karissimo in xpo patri Hugoni de columberijs sancte Matris quens Ecclesie preposito frater Johannes hanes iunior ordinis fratrum predicatorum filius vester humilis seipsum cum recommendatione humili et deuota. Cum enim reuerentia de preterito impossibile sit nobis supercere diuinum radium nisi sub velamine similitudinis et figure ut testatur in angelica ierarchia. Hinc est quod mentis nostre ratio in tam excellenti luce non figitur nisi eam aspiciat per similitudines et exempla. Unum geminum dei verbum ut sedentes in tenebris et in ymbria mortis ad celestia eleuaret in exemplis et pabolis loquatur. eo quod fortius moueatur audius audiantur. firmius retineantur et a terrens metem erigant ad eterna ut Augustinus attestatur. Quod vero noster animus videtur ad celestia inhiare eo quod dilectet narrationibus et sanctorum exemplis. Idcirco ad gloriam et honorem omnipotentis dei et beatissime virginis marie eius beati Patris mei ac beatissime marie Magde hanc scalam celi composui ut per eam interdum postposito alio studio terreno et curioso ascendamus ad contemplanda aliqua de eternis. Latera autem huius Scale sunt duo

videlicet cognitio supernorum et amor eorum. Ex quibus excluduntur diuersa peccata et fecundantur virtutes. Gradus huius Scale sunt diuersae materiae quae secundum alphabeti ordinem contextuntur. Quae ne contemnuntur a legentibus expono libros a quibus flores elegi secundum quod a deo est mihi donatum. Ex glo. Hieronimi super Bibliam. Ex summa fratris Vincentij. Ex libro magno de viuis doctis spiritus. Ex Mariali magno. Ex libro de vita et perfectione fratrum predicatorum. Ex alphabeto narrationum. Ex vitalis patrum. Ex libris dialogorum Gregorij. Ex floribus sanctorum iacobi de voragine. Ex historiis scolasticis. Ex historiis ecclesiasticis. Ex Speculo exemplorum iacobi de vitriaco. Ex gestis summorum pontificum. Ex historia tripartita. Ex gestis lombardorum. Ex gestis karoli magni. De quibus aliqui interdum inserui applicando ad mores ut recitatio quae ita descripta non reperi. sed in predicationibus aliorum audiui. Descripsi ergo via benignitas meos labores et hanc collectionem exemplorum breuem et supplico vobis et cuiuslibet qui legenti ut precant mee ignorantie et me participem faciant in spiritualibus bonis. ut attingere possim terminum eterne beatitudinis. ubi non in exemplis sed in luce splendida contemplantur infallibilem veritatem. Gradus vero huius preteritis patebunt in processu.

Explicit prologus

De Abstinentia